

www.e-rara.ch

**Testimonia de praecipuis verae et christianae nostrae religionis
capitibus, ex sacra et canonica prophetarum et apostolorum scriptura,
veterumque orthodoxorum patrum libris collecta**

Wetter, David

Sangalli, M.D.LXXX

Kantonsbibliothek Vadiana

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-131834>

De iustificatione.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

tenti (in iudicium non veniet.) Ideo non presumptione mea, sed ipsius promissione in iudicium non venio.

Sine spiritu fidei, non quisquam recte crediturus est.

Gratia Dei in sanctis est, ad confirmandum eos, & acciperunt eam gratis, per fidem qua a Deo est, non habuerunt ante fidem, quia vt David ait Psal. 55. pro nihilo saluos facies eos.

Quantum illuc fidei capax adserimus, tantum inde gratia inundantis haurimus.

Ad Sixtum
epist. 105.
Cont. Pelag.
lib. 3. Hypog.

Cyp. li. 2. ep. 2

DE IVSTIFICATIONE.

IUSTIFICARI NOS CORAM DEO, hoc est, accipere remissionem peccatorum, & imputationem iustitiae Christi, non per nostra opera & merita, sed gratis per illius gratiam, sola fide in Iesum Christum, qui factus est nobis à Deo, sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio.

Testatur sacra scriptura.

GEN. 15. Crediditq; (Abraham) Iehouæ, & imputatum est illud ei ad iustitiam. Rom. 4. Atqui ei qui operatur, merces non imputatur ex gratia, sed ex debito. Ei vero qui non operatur, sed credit in eum qui iustificauit impium, imputatur fides sua pro iustitia. Sicut etiam David narrat beatitudinem hominis, cui Deus imputat iustitiam absque operibus (dicens) Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum obiecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputat dominus peccatum. Esa. 45. In Iehouah iustificabunt sese & laudabunt sese omne semen Israel, Esa. 53. Scientia sui iustificabit iustus seruus meus multos, et iniquitates ipsorum ipse portabit. Hier. 23. Hoc est nomen eius, quod vocabunt eum Iehouah, iustus noster. Daniel. 9. Ad consummandum peccatum, & expiandum iniquitatem, &

tem, & ad iustitiam seculorū adducendam. Ioan. 3. Ita enim
dilexit Deus mundum, ut filium suum unigenitum dederit,
ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æ-
ternam. Ioan. 6. Amen amen dico vobis, qui credit in me
habet vitam æternam. Ioan. 20. Hæc autem scripta sunt ut
credatis, quod Iesus est Christus ille filius Dei, & ut creden-
tes vitam habeatis per nomen eius. Mar. 5. (Μὴ ὀψώγετε)
Solummodo crede. Acto. 4. Nec enim aliud nomen est sub
cælo, quod datum sit inter homines, per quod oporteat nos
servari. Acto. 13. Notum igitur sit vobis fratres, quod per
hunc vobis remissio peccatorum annunciat, & quod ab
omnibus, quibus non potuistis per legem Moysis absolui, per
hunc omnis qui credit absoluetur. Rom. 1. Non enim me pu-
det Euangelij Christi, potentia siquidem est Dei ad salutem
tuius credenti, Iudeo imprimis, tum etiam Græco. Iustitia
enim Dei per illud exhibitur, ex fide in fidem, sicut scriptū
est: Iustus autem ex fide vivet. Rom. 3. Non enim est distin-
ctio: omnes enim peccaverunt, ac deficiuntur gloria Dei. Iusti-
ficantur autem gratis, eius gratia, per redemptionem factam
per Christum Iesum, quem proposuit Deus (ut esset) placam-
en per fidem, (fuso) sanguine suo, ad declarandam iusti-
tiam suam, per remissionem precedentium peccatorum. Ex
Dei tollerantia, ad declarandam iustitiam suam presentis
tempore. ut sit ipse iustus, & iustificans eum qui est ex fide
Iesu. Vbi igitur gloriatio? exclusa est. Per quam legem? ope-
rum? Non: imò per legem fidei. Colligimus igitur, fide
iustificari hominem, absq; operibus legis. Rom. 4. Non scri-
ptum est autem propter eum (Abraham) solum, quod hoc
imputatum fuerit ei: sed etiam propter nos, quibus futurum
est ut imputetur, qui crediderimus in eum qui excitavit Ie-
sum dominum nostrum à mortuis. Traditum in mortem pro-
pter offensas nostras, & excitatum propter iustificationem
nostri. Rom. 5. Iustificati igitur ex fide, pacem habemus er-
ga Deum per dominum nostrum Iesum Christum: per quem
etiam fide habuimus aditū in gratiā hanc per quam stamus.
Eodem cap. legitur: Sicut per unā offensam (reatus venit)
in omnes homines ad condemnationem: ita per unam iusti-
ficationem (beneficium redundavit) in omnes homines, in
iustificatis

injustificationem vite Rom. 8. Nulla igitur nunc est condem-
natio ijs qui sunt in Christo Iesu Et postea: Quis intentabit
crimina aduersus electos Dei? Deus est qui iustificat: Quis
est qui condemnet? Christus est qui mortuus est, imò vero
qui etiam excitatus est: qui etiam est ad dexteram Dei: qui
etiam postulat pro nobis. I. Cor. 1. Factus est nobis sapientia
à Deo, iustitiaq; & sanctificatio & redemptio. Gal. 3. Con-
cludit scriptura omnia sub peccatum, ut promissio ex fide Iesu
Christi daretur credentibus. Gal. 2. Scientes non iustifi-
cari hominem ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi.
2. Cor. 5. Omnia autem sunt ex Deo, qui reconciliavit nos
sibi per Christum, deditq; nobis ministerium reconciliationis.
Nempè quia Deus erat in Christo, mundum reconcilians
sibi, non imputando eis peccata eorum. Itaq; nomine Christi
legatione fungimur, velut Deo vos precante per nos: ora-
mus Christi nomine, reconciliamini Deo. Fecit enim ut is
qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum esset, ut nos effi-
ceremur iustitia Dei in eo. Ephes. 2. Gratia enim estis ser-
uati per fidem, idq; non ex vobis, Dei donum est: non ex
operibus, ne quis glorieetur. Philip. 3. Arbitror omnia dam-
num esse, propter eminentiam cognitionis Christi Iesu domi-
ni mei: ppter que omnibus istis meipsum multauit, eaq; reie-
cta, duco pro incrementis, ut Christum lucrificaria: et comperiar
in eo, qui non habeam meam iustitiam qua est ex lege sed
eam qua per fidem est Christi, iustitiam qua est ex Deo per
fidem. I. Ioan. 5. Quisquis credit Iesum esse Christum ex
Deo est.

Consentiunt patres.

Omnes itaque sancti, quotquot unquam fuerunt, hoc est signat. ad Ph
qui olim in eum sperabant, eumq; expectabant, & qui nunc lucelph.
in eo spe fruuntur, inq; prestito Euangelio sunt illustres, per
solum Christum sunt salutem consecuti, in eoq; sanctificati.

Nemo ex illis quidem qui se posteros Abraham gloria-
unt, quicquam assequetur, nisi ex animo fidem Abrahæ Iust. dialo. c. 8
referat. Tryphone.

Sicut per inobedientiam vnus hominis, peccatores facti
sunt

Iren. lib. 3. sunt multi, & amiserunt vitam: ita oportuit per obedientiam
cap. 2. vnius hominis: qui primus de virgine natus est iustificari
multos, & percipere salutem.

Cyp. epist. 3. Si Abraham Deo confidit, & deputatum est ei ad iu-
libro 2. stitiam, utique quisquis Deo credit, & fide vivit, iustus in-
venitur.

Epiphani. in
Anac. Factus est mihi (Christus) iustitia, sanctificatio & re-
demptio. Iustitia quidem, quoniam per fidem ipsius peccata
dissoluit: Sanctificatio vero, quia per aquam & spiritum
& verbum me liberavit. Redemptio autem est sanguis ipsius
dum precium redemptionis agni veri pro me seipsum tradi-
dit, propitiationem purgationis mundi, reconciliationis om-
nium in caelo & in terra.

Basil. Conc. Qui gloriatur in domino gloriatur, quod Christus factus
de Humilit. est nobis a Deo iustitia, sapientia, iustificatio & redemptio.
Hec est perfecta & integra gloriatio in Deo, quando neq;
ob iustitiam suam quis se iactat, sed novit quid se ipsum vere
iustitiae indignum esse, sola autem fide in Christum iustificatus.

Hil. in Matt. Mouet Scribas remissum ab homine peccatum. Homi-
cap. 8. nem enim tantum in Iesu Christo contuebantur, & remis-
sum ab eo, quod lex laxare non poterat. Fides enim sola
iustificat.

Hiero. in epi. Conuertentem impium per solam fidem iustificat Deus,
ad Rom. 3. non opera bona quae non habuit.

Amb. in Ro. 8. Quomodo autem impletur in nobis iustificatio, nisi cum
datur remissio omnium peccatorum, ut sublati peccatis iu-
stificatio appareat.

Epist. 71. l. 9. Fides est quae liberat per sanguinem Christi, quia beatus
ille, cui peccatum remittitur, & venia datur.

In cap. 4. ad Quomodo ergo Iudaei per opera legis se iustificari putant
Romanos. iustificatione Abrahae, cum videant Abraham non ex
operibus legis, sed sola fide iustificatum. Non ergo opus est
lege, quando impius per solam fidem iustificatur apud Deum.

In 1. Cor. 1. Hoc constitutum est a Deo, ut qui credit in Christum,
salvus sit sine opere: Sola fide gratis accipiens remissionem
peccatorum

Sa. i. Psa. 55. Pro nihilo salvos facies eos: id est, gratis data gratia tua.
Quid ille latro attulerat ad crucem, de fauce venit ad iudicium, de

e ium, de iudicio in lignum, de ligno in Paradysum. Credidit propter quod locutus est. Sed & ipsam fidem quis donavit, nisi qui iuxta pependit? pro nihilo saluos facies eos.

Falso queritur de natura sua genus humanum. Nam si Lib. de nat. es per lege est iustitia, ergo gratis Christus mortuus est, si autē grat. non gratis mortuus est, in illo solo iustificatur impius, cui cre denit in eum qui iustificat impiū, deputatur fides ad iustitiā.

Qui sunt beati? Non in quibus Deus non inuenit pecca- In Psal. 31. tum. Nam in omnibus inuenit. Omnes enim peccauerunt, et egent gloria Dei. Si ergo in omnibus peccata inueniuntur, remanet ut non sint beati, nisi quorum remissa sunt peccata. Hoc ergo Apostolus sic commendauit: Credidit Abra ham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

De Ciui. De 8
lib. 10. ca. 22.

Remissio peccatorum fit per me diatorem Dei & homi num, hominem Iesum Christum, per quem facta peccato rum purgatione, reconciliamur Deo.

DE BONIS OPERIBVS.

QUAMVIS NON IUSTIFICEMUR CO ram Deo ex operibus nostris, requirere tamen Deum opera bona à iustificatis, quæ cum ei placeant fide pro pter Christum mediatorem, habere præmia præsentis uitæ & futuræ. Opera verò bona esse, quæ à Deo præ cepta sunt, & ex fide fiunt per spiritum san- ctum, in celebrationem gloriæ Dei, & proximi utilitatem.

Testatur sacra scriptura.

GEN. 17. Ambula coram me & esto perfectus.
Leuit. 19. Sancti estote, quia sanctus sum ego Iehouah Deus vester. Deut. 6. Diliges ergo Iehouam Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & tota fortitudine tua. Leuit. 19. Diliges proximum tuum sicut te ipsum.

E